



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>




Gd 39.97

**Harvard College
Library**



By Exchange



DE
DIONYSII HALICARNASSENSIS
SCRIPTIS RHETORICIS
QUAESTIONES CRITICAE

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE
ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

Leonard Sadée
LEONARDUS SADÉE
SEDINENSIS

ARGENTORATI
APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXVIII.

Ed 39.97

Harvard College Library,

By Exchange

Nov. 28 1893.

PARENTIBUS CARISSIMIS

S.

Post Reiskianam Dionysii Halicarnassensis editionem opera eius omnia complexam, cum Antiquitatum Romanarum libri firmissimo Urbinatis et Chisiani insignium librorum fundamento critico nisi multos qui pristinam veramque formam revocare studerent viros doctos allexissent, scripta Dionysii rhetorica plus aequo a viris doctis neglecta diu iacuerunt.

Nam qui primus post Reiskium librum de compositione verborum, ut ab hoc ordiar, tractavit Schaeferus¹⁾ bonorum codicum ope destitutus non multum profecit; neque Goellerus²⁾, etsi libros Monacenses haud spernendae notae adhibuit, ad limpidum incorruptumque fontem opusculum revocavit aut, quod verius est, revocare potuit: ignorabat enim eximias copias, quae in Italicis maxime bibliothecis et in Parisina publica latent. Nuperrime demum Hermannus Usenerus quaestione indici scholarum Bonnensium aestivarum a. MDCCCLXXXVIII praemissa de codicibus, quibus liber de compositione verborum, ars quae Dionysii fertur rhetorica, libellus de Thucydidis idiomatis continentur, accuratissime egit atque in uno capite libri de c. v. quarto decimo, quam prorsus novus Dionysius codicum illorum ope fieret, egregie demonstravit.

Habes praeterea qua hunc quidem de comp. verb. librum corrigere possis epitomam e Germanicis exemplis tribus Monacensi, quo eodem Goellerus usus est; Rehdigerano Darm-

¹⁾ Dionysii Halicarnassensis de compositione verborum liber Graece et Latine cum priorum editorum suisque adnotationibus edidit Godofredus Henricus Schaefer. Accedunt eiusdem meletemata critica in Dionysii art. rhetor. cap. I—IV. Lipsiae CIOCCCCVIII || ²⁾ Dionysii Halicarnassensis de compositione verborum liber e copiis bibliothecae regiae Monacensis emendatus edidit Fr. Goeller. Ienae 1815.

stadiensi a Friderico Hanovio Lipsiae a. 1868 editam, ad quas copias lectiones accedunt e Darmstadiensi denuo accuratissime collato a Ferdinando Bendero in Mus. Rhen. vol. XXIV p. 597^{ss} exscriptae. Denique qui nuper¹⁾ „studia critica in Dionysii Halicarnassensis opera rhetorica“ edidit I. van der Vliet libello lectionum varietatem subiecit, quam ex epitomae aliquo exemplari Isaacus Vossius olim in Bircoviana quadam libri de c. v. editione quae nunc in bibliotheca Leidensi asservatur diligenter enotaverat. Exemplar illud Monacensi maxime affine fuit, sed propria etiam praeter ceteros epitomae libros bona habet; cf. e. g. p. 75¹⁰ Reisk. = ind. schol. Bonn. p. XVII vers. 29 *τὸν τοῦ πνεύματος οὐκ ἀποκόπτει τόνον*] var. lect.: *οὐκ ἀποκόπτει τόνον* scholiasta Hermogenis, Laurentianus LIX 15, Vossii codex epitomae; *οὐκ ἀποκόπτει χρόνον* (φθόγγον mg. cod. Darmstad.) Epitoma: *οὐ κατακόπτει τὸν τόνον* Parisinus n. 1741, Guelferbytanus, Venetus Marcianus 508, volgata R. Stephani.

Ad artem rhetoricam emendandam librorum subsidia, quod sciam, praesto non sunt exceptis eis lectionibus, quas in Sylburgiana quadam Lipsiae in bibliotheca asservata e Dudithii exemplari²⁾ a nescio quo enotatas G. H. Schaeferus in meletematis ad quattuor priora artis capita exscripsit. Nota autem codicis Dudithiani est V, quo Veterem librum significari Schaeferus perspexit. Collatio³⁾ pertinet ad artis capita I—IX, ad prooemium libri de antiquis oratoribus, ita tamen, ut a verbis demum ἡ βάρβαρον p. 447⁴ Reisk. incipiat, ad iudicium de Isaeo, cuius titulus in V est Ἰσαῖος Ἀθηναῖος, denique ad iudicium de Dinarcho, cui inscribitur Περὶ Δεινάρχου. Eum librum H. Sauppius in fragmentis Isaevi et Dinarchi emendandis passim adhibuit. Praeterea codicis lectiones epistulis ad Ammaeum I et ad Cn. Pompeium adscriptae sunt, quarum quae ad Aristotelis fragmenta priore

¹⁾ Lugduni-Batavorum MDCCCLXXIV || ²⁾ Cf. Sylburg. vol. II praef. ad Dudithium fol. 1^v; Usenerum in ann. philol. 1873 p. 151 ||

³⁾ Veteris lectiones e Reiskiana sumpsi quae olim G. Wilmannsii fuit, cuius in margine vir doctus nescio quis codicis lectiones discrepantes accurate enotavit.

epistula comprehensa pertinent, ab eodem Sauppio reperiens enotatas in „Nachrichten der Koenigl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Goettingen“ 1863 p. 46ss.

Quae restant Dionysii opera rhetorica, postquam C. G. Kruegerus¹⁾ epistulam ad Cn. Pompeium, de Thucydide iudicium, libellum de Thucydidis idiomatis continuo commentario illustrata edidit quamquam ne ipse quidem codicum subsidiis usus, et haec et reliqua, libri de antiquis oratoribus partem priorem, de Demosthene iudicium, veterum quam vocant censuram (excepto de Dinarcho libello, qui solo Laurentiano plut. LIX 15 nititur et ex eo una cum Isaeo a Petro Victorio Lugduni a. 1580 publici iuris factus est) primum librorum manu scriptorum lectionibus instructa edidit E. Gros²⁾ praeter alios Parisinos maxime usus codicibus bibliothecae publicae n. 1657 (A) et n. 1742 (B). Ei tamen collationi, etsi diligentissime in ea se elaborasse Grosius profitetur³⁾, non magnam fidem irrogandam esse Usenerus gravissimus auctor est; cf. annal. philol. 1873 p. 154.

Qui Grosium exceperit Henricus van Herwerden⁴⁾ primus Italicos codices adhibuit, Ambrosianum D 119 sup. et Palatinum Vaticanum n. 58 in emendandis epistulis ad Ammaeum de Demosthene et Aristotele et ad Cn. Pompeium, Florentinos sex in epistula ad Ammaeum posteriore de Thucydidis idiomatis. Mox idem in editione Lysiae orationum selectarum, quae prodiit Groningae a. MDCCCLXIII, et orationem in Diogitonem et iudicii de Lysia initium (p. 452—471

¹⁾ Dionysii Halicarnassensis historiographica . . . cum priorum editorum suisque adnotationibus edidit Carolus Guilelmus Krüger. Halis Saxonum MDCCCXXIII. — Sicubi in hoc libello Kruegerum laudabo, si nihil addidero, illum librum me intellegere scito || ²⁾ Examen critique des plus célèbres écrivains de la Grèce par Denys d'Halicarnasse; traduit en français . . . collationné sur les manuscrits de la bibliothèque du roi et sur les meilleures éditions par E. Gros. Paris 1826 || ³⁾ vol. I p. XXV. Dans la collation des manuscrits, j'ai recueilli les variantes avec la plus scrupuleuse attention || ⁴⁾ Dionysii Halicarnassensis epistolae criticae tres . . . edidit Henricus van Herwerden. Groningae MDCCCLXI.

Reisk. *ῥήτορος*) e codice Laurentiano plut. LIX 15 et Ambrosiano D 119 sup. emendavit.

Paucas deinde eiusdem Ambrosiani lectiones una cum suis coniecturis Adolfus Kiesslingius in Mus. Rhen. vol. XXIII p. 248^{ss} publicavit.

Ultimus denique Usenerus, postquam in eodem Musei Rhenani volumine XXIII p. 149 Pindari fragmentum Laurentiani ope emendavit et Arnolfo Schaefero alteram libelli cui inscribitur „Abriss der Quellenkunde der Griechischen Geschichte“ editionem paranti Dionysii locos ab hoc viro docto laudatos emendatiores suppeditavit, in annal. philol. a. 1873 p. 145^{ss} Lysiae orationem tricesimam quartam *περὶ τοῦ μὴ καταλύσαι τὴν πατριὸν πολιτείαν Ἀθήνησι* ita edidit, ut hoc uno exemplo manifestum fieret non parvum fructum ex optimorum codicum collatione ad emendandos et Dionysium et scriptores ab illo laudatos rediturum esse. Simul vir doctissimus de codicibus, quibus Dionysii opera rhetorica exceptis libro de comp. verb., libello de Thucydidis idiomatis, arte quae Dionysii fertur rhetorica continentur, ita disseruit, ut nihil fere addere possis.

Ad haec quae enumeravi librorum subsidia si Regionum duorum, Colbertini, Bodleiani lectiones per Reiskianae annotationes hic illic sparsas et quas Herwerdenus e Laurentiano in studiis suis Thucydideis (Traiecti ad Rhenum 1869) exscripsit paucas addideris, habes, quibus crisis Dionysiaca in praesens nitatur; quod fundamentum, si quidem talem lectionum farraginem fundamentum appellare fas est, nullo modo sufficere ad Dionysii textum recte constituendum quivis facile concedet.

Itaque cum in tractandis Dionysii scriptis rhetoricis maximeque iis, quae de antiquis oratoribus et historicis agunt, normam regulamque desiderarem, cum Ambrosianum D 119 sup. et Laurentianum plut. LIX 15 praestantissimos esse scirem, anno 1877 per itineris aestivi tempus Ambrosianum contuli totum¹⁾, Laurentiani partem eam, quae de antiquis

¹⁾ Praeter hunc optimum codicem inspexi Ambrosianum C 32 sup. Codex est chartaceus in quarto saec. XV; in folio codici praefixo le-

oratoribus est; praeterea e Laurentianis plut. LVIII 12 et plut. LX 16 lectiones ad libellum de Thucydidis idiomatis pertinentes enotavi, ex quibus eas tantum exhibebo, quae a vulgata in Thucydidis verbis discedunt (cf. infra Caput III). Quattuor hos codices cum editione Tauchnitziana e Reiskiana expressa contuli. Paginarum et versuum numeri, nisi quid contra monuero, Reiskianae sunt¹⁾.

Ceterum cum conferendi officium facilius sit, si ad alienam eiusdem codicis collationem tuam redigere possis, intricatius paullo, si primus codicem conferas, neque mirum est, quod habeo quae addam perpauca eaque levia ad Useneri Lysiacae orationis collationem, plura ad Herwerdeni epistularum ad Ammaeum I et ad Cn. Pompeium — nam eiusdem Lysiae orationum selectarum editio mihi praesto tum non fuit — et si quae oculos meos fugerunt, viros doctos aequi boni consulturos spero. Atque ut brevis sim, ad Useneri collationem ex Ambrosiano (M) addenda habeo haec²⁾: Argum. vers. 8 *εισηγήσατο* M Useneri] *εισηγήγατο* M || 9 *τοῖς* *τοῖς* M || 24 *ἄστεως* FT: *ἄστεος* MPAB volgo] *ἄστεος* M¹ pr., corr. *ἄστεως* || 34 *ὑμ[εῖς* M, *ει* in ras.] *ὑμᾶς* M¹ pr., corr. *ὑμεῖς* || 55 δ' FPAB: δὲ MG volgo] δ' M || 58 *καλὸς*: *καλῶς* M, FT] *καλῶς* M¹ pr., corr. *καλῶς* (sic). Ex Laurentiano (F) addo haec³⁾:

guntur haec: „Aratus; Dionysii Halicarnassei quaedam de historicis et rhetoribus; Nicander cum scholiis; Lycophronis Cassandra cum prolegomenis Isaaci Tzetzae; ex libris Io. Vinc. Pinelli.“ Dionysii est veterum censura quae dicitur, incipit fol. 63 recto, praescripta habet verba *διονυσίου ἀλικαρνασέως*, quem eundem titulum in codice Parisino n. 2847 exstare testatur Grosius t. III p. 300; cf. Usener. ind. schol. Bonn. p. VI. Codex est e deterioribus, quippe qui p. 4177 cum Reiskiana concinens praebeat *παρθένης· καὶ κτλ.*; vide Grosianam t. III p. 30213.

¹⁾ In sequentibus erit p. 30 = pagina 30 Reisk., pag. 30 = pagina 30 huius libelli. Praeterea moneo versuum confinia a me significari hac lineola |, foliorum rectorum et versorum hac ¹ || ²⁾ Minutias adnotavi has: vers. 12 (versus sunt Useneri l. l.) *γένοιτο*, cum ras. supra γ M Useneri] *γένοιτο*, supra γ hasta erasa est paullo longior prioris litterae ν vocis *ἀθηναίων* vers. 11 || 17 *καταλελείφθαι* *καταλελείφθαι*, supra tertium α ras. || *μηδ' αὖν* *μηδ' αὖν*; cf. quae de hac scriptura dicam Cap. I § 3 in. || 42 *καθὸ* *καθ' δ* M *καθ' δ* F || 65 *ἀμελοῦντας*] *ἀμελοῦντα* // s || 75 *οὐκ οὐν*] *οὐκοῦν* M *οὐκ οὐν* F. || ³⁾ Accentus spiritusque omissos

Argum. vers. 12 ///γράφει, una littera erasa F Useneri] ///γράφει una litt. eras., γ ex parte in ras. F² || 13 πολιτευομένων] πολιτευμένων, ο superscr. F² || 14 ἐπιτηδείως] ἐπιτηδίως F¹, corr. F² || 22 πάσχειν] πάσχειν, ν in ras. F¹ ut vid. ||

31 | τοὺς ὑπάρχοντας πολί
| αὐπολοῦμεν οὐκ ἂν
| εμοίγε πιθώμεθα

add. F² in mg.] verba add. F¹ in mg.; πολί] λι F², λ in ras. || 35 δημοκρατήσεσθε] δημοκρατήσεσθε, alterum ε in ras. F² || 38 ἀποθανόντας] ἀποθανόντων F¹ pr. || 52 ἀμφοτέροις] ἀμφοτεροις (sic), ι corr. ex ν F || 73 ω̄ M: ω̄ ἀθρηναῖοι ceteri libri] ω̄ F, M.

Tenne hoc spicilegium largior excipiat eorum messis, quae Herwerdeni apparatusi critico inserenda sunt. Ceterum non omnia hic apposui, quibus Ambrosianus a viri docti Batavi editione differt; elisiones neglectas ¹⁾ scribendique minutias, quibus codex a Reiskiana recedit, inter cetera eiusdem generis infra Cap. I § 3 perscribam. Herwerdeni verba, quatenus res postulare videbatur, integra adieci; quae vir doctus in annotationibus ex Ambrosiano exscripsit, eadem qua ille nota significavi; ubi codicis nota deest, verba ex Herwerdeni textu quem vocant arcessivi.

I. Minoris momenti haec adnotavi ²⁾: p. 12 Herw. (p. 719³ Reisk.) ἐν τι Herw.] ἐν τι M; cf. 331 ἐνεστιν pro ἔνεστιν || 215 (721¹¹) ῥήτορικὰς] ῥήτορικὰς || 18 (722³) πίστεων] πίστεων μαρτυρίαις, μαρτ. del. M¹ || 34 (723²) αὐτοῦ] αὐτοῦ || 42 (724⁸) ἔτος

falsosve non noto. Levicula exscripsi haec: vers. 6 ἀρχαίαν] ἀρχαίαν

• F¹ pr. || 14 γοῦν] γ' οὔν || 16 ω̄] ω̄, spiritus numquam additur || 25 καταδουλώσθαι F¹] καταδουλώσθαι F¹ || 26 γένει] post γένει ras. || 30 ἀθρηναῖον (τινα) FM] ἀθρηναῖον F || 37 ὀλιγαρχίας] ὀλιγ' ἀρχίας, cf. 44 ὀλιγαρχίας (sic), 65 ὀλίγων || 46 ὅταν] ὅτ' ἂν, cf. exempla Cap. I § 2 in. ||

¹⁾ Hiatus uno tantum loco recte tollitur p. 7311 ἐνταῦθ' ὁμοίως || ²⁾ Paginae et versus sunt editionis Herwerdenianae, cuius praeter alios operum errores (cf. Herw. Errata et Monenda) corrigas hos p. 717 ἔχοι, l. ἔχει, p. 102 ἀποδιδόναι, l. διδόναι; cf. Sauppium in „Nachrichten d. Goett. Ges. d. Wiss.“ 1863 p. 56.

ἔχων Ambr.] ἔτος ἔχον || 59 (7269) ὧνδρες Ἀθηναῖοι ^θ ω, itemque p. 121, 5, 8, 14, 18, 22 (7377, 12, 15; 7383, 8, 13) || 10 (72610) παρίσταται μοι || περίσταται μοι || 22 (7279) ἐκ Χαλκίδος || ἐν χαλκίδος || 78 (72914) δι' αὐτῶν || δι' αὐτὸν || 17 (7308) ἐπαγωγαῖς || ἐπαγογαῖς || 19 (73010) διὰ τοῦ || δι' αὐτοῦ, cf. Saupp. in „Nachr. d. Goett. Ges. d. Wiss.“ 1863 p. 59. 60 || 81 (7312) τὸ μὲν παράδειγμα || τὸ μὲν ἐπαγωγή ἐστι, παράδειγμα, ἐπαγωγή ἐστι del. M¹ || 6 (7316) διὰ τοῦ δεικνύναι || διὰ τὸ δεικνύναι || 922 (7344) Χάριτος || χάριτος, cf. Saupp. l. l. p. 56 || 105 (73410) οὔτος || οὕτως || 10 (73415) [5]¹⁾ post ἐποίησαντο in Amb. lacuna 18 fere litt. || lac. 20—22 litt. || 19 (7357) τετρακισχιλίους || τετρακισχιλίους || 115 (73515) τῶν δὲ πολιτῶν ὀπλίτας διαχιλίους || τῶν πολιτῶν ὀπλίτας δεδισχιλίους (sic) || 13 (7364) διαβαλεῖν || διαβαλεῖς || 22 (73614) ἐκράτησε || ἐκράτισε || 23 (73615) κατὰ Φιλίππου || καταφίλιππον || 1225 (73818) τελευταία || τελευτέα || 27 (7391) ὧνδρες Ἀθηναῖοι ^ω ἄ^θ || 133 (7395) δώδεκα || δέκα || 9 (73912) ἄλλος || ἄλλως || 141 (7405) αὐτῷ || αὐτῷ || 176 (7454) παρὰ περὶ || 18 (7461) [8] μετ' ἐκεῖνο γὰρ, omis-
sis vocabulis συνέβη ὁ πόλεμος, relicto tamen spatio. Amb. [9] ποίοις γ' οὖν Amb.] μετεκεῖνο γὰρ lacuna 9—12 litt. ποίους γ' οὖν || 184 (74611) [2] ἐντετευχῶς Amb.] ἐντετευχῶς || 193 (74713) ἀρμόττη || ἀρμόττην, ν del. M¹; cf. Saupp. l. l. p. 50 ad vers. 12 || 25 (7498) κατεσκεύασε || κατεσκεύασαι || 217 (75110) τὰ τυχήματα || τὰ τυχήματα || 226 (7532) Δημοσθένην || δημοσθέ-
νη, sequitur ἔπειτα || 21 (7543) ὅσων || ὅσον || 234 (75412) δεῖ || δῆ || 6 (75414) τρόπος ὁ κατὰ || τρόπος || κατὰ || 252 (75710) ἐμέμψαντο || ἐμέμψατο M¹ pr. || 20 (7589) ἐπιτηδεύη || ἐπιτηδεύει || 262 (75812) τῶν εἰς τὴν || τῶν τὴν || 4 (7592) ὑπεριδοῦσα || ὑπερι-
δοῦσαν || 12 (75911) κάκιον || κακίων || 282 (76110) κατεσκευασμέ-
νην || κατασκευασμένην || 3 (76111) δ' ἀμωμήτω || δὲ ἀμωμήτω (sic) || 8 (76115) κατ' αὐτὸν || καθ' αὐτὸν || 13 (7625) ἐν αὐτοῖς || ἐν τοῖς M¹ pr. || 14 (76215) ἀλλὰ τῆς || ἀλλας M¹ pr. || 291 (76212) ^ω
γνωρίμων || γνωρίμην, ω superscr. M² || 304 (76413) ὅτι || ὅτε || 14 (7657) ἐπικινδυνωτάτων, (ἐπικινδυνωτέρων Herw.) || ἐπικινδυ-
νωτάτων || 20 (76512) μεγάλων || μεγάλως || 313 (7662) Πλάτωνά

¹⁾ Numeri his uncinis [] inclusi Herwerdeni adnotationum sunt.

Πλάτων ἃ M¹, Πλάτων—ἃ M² || 334 (769₁) μὴ ταύθ, [2] με-
τὰ ταῦτα Par.] μὴ ταῦτα || 13 (769₁₁) μέχρι τοῦ] μέχρι ποῦ ||
345 (770₁₀) ἐπραξαν] ἐπραξεν || 352 (771₁₁) δεῖ] δῆ M¹ pr. || 6-7
(771₁₆) verba ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένει πραγμάτων καὶ τὰ μάλιστα

add. in mg. M¹ || 368 (773₆) ἀσαφὲς] ἀσφῆς M¹ || 16-17 (773₁₅)
verba μεταβαίνει· αἰγυπτίων τε ἄρχεται διηγημάτων add. in
mg. M¹ || 21 (774₁) γενομένας] γεγόμενα || 376 (774₁₂) κακοῖς]
κακοῦς || 381 (776₂) verba μετὰ τῶν ἐπιθέτων ἀρετῶν. ἱκανῶς
ἐν ταύτῃ add. in mg. M¹ || 4 (776₅) ταύτην] ταύτην οἱ θῶν μί-
μησις, verba οἱ θῶν μίμησις del. M¹ || 16 (776₁₇) Ἡρόδοτος]
Ἡρόδο (sic) || 412 (780₁) πολυωφελῇ] πολλὴ ἀφελῇ M¹, πολυω-
φελῇ in mg. M² || 18 (781₆) ὑπ' αὐτοῦ] ὑφ' αὐτοῦ (sic) || 19 (781₈)
Σικελίας] σικελίαν || 434 (783₂) οἰκονομίας] εἰκονομίας || 6 (783₃)

ἐπιμελείας] ἐπιμελίας || 9 (783₇) τετελεκῶς] τελελεκῶς, corr.
M² || 11 (783₉) πρωτεύουσιν] προτεύουσιν || 4412 (785₂) ἔστι; τὸ]
ἔστιν; τὸ, ν del. M¹ || 468 (787₇) Σειληνοῦ] σιληνοῦ.

II. Notabilia exscripti haec: p. 28 (721₄) γράψαι γε]
γραψαι τε (sic) || 32 (723₁) [2] Ὑπερείδην Amb.] ὑπερίδην || 68
(728₅) Ἑρμείαν] ἐρμείαν, cf. 659₉ Ἑρμῖα || 1318 (740₄) [10] διή-
σουσιν. Ὁ δὲ] δώσουσιν spatium 12—14 litt. vacuum ὁ δὲ, cf.
tamen Cap. I § 4, I extr. || 1614 (744₁) Θηβαίοις [3] Recte ita Am-
bros. et Demosth. l. l.] θηβαίους (sic) || 1714 (745₁₃) παρὰ τὸ
ἀναίτιον, ὡς αἴτιον [6] παρὰ τὸν αἴτιον, om. voc. ὡς αἴτιον,
Amb.] παρὰ τὸν ἀναίτιον || 16 (745₁₄₋₁₅) μετὰ τοῦτο ὡς διὰ τοῦ-
το] μετὰ τοῦτο || μάλισθ' οἱ ἐν] μάλιστα ἐν || 1816 (747₆) τὸ κα-
λῶς] καλῶς, cf. Saupp. l. l. p. 47 vers. 6, p. 48 ad eundem ver-
sum || 20 (747₁₀₋₁₁) [10] omisi vocabula: ὡς ὁ φόνου ἄξια ποιή-
σας πατήρ, εἰ ὑπὸ τοῦ νόου τοῦ ἑαυτοῦ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπά-
γεται, quae leguntur in codd. et edd. Absunt ab Amb. libro] in
mg. add. M¹ rubro (vide Cap. I § 3) ὡς ὁ φόνου ἄξια ποιήσας
πατήρ (per comp.) εἰ ὑπὸ τοῦ νόου τοῦ ἑαυτοῦ τὴν ἐπιθανάτω
ἀπάγεται; cf. Saupp. l. l. p. 49 ad vers. 10. Ceterum egregie
hic locus illustrat, quomodo lectoris notae in posteriorum codi-
cum textum irrepserint || 193 (747₁₃) ἐνίοτε] ἐνίοις, cf. Saupp. l. l.
p. 50 ad vers. 12 || 261 (758₁₁) ναμάτων [1] Codices quidam

σωμάτων] σωμάτων || 26s (759r) φέρεται [3] διαφέρεται Paris. εἰςφύρεται meus P(alatinus) εἰςφύρεται || 271 (7601-3) πλοῦτον ὀνομάτων ἐπιδεικνυμένη κενόν· ὑπεριδοῦσά τε τῶν κυρίων κὰν τῇ κοινῇ χρήσει κειμένων [1] κενόν male om. Ambros., nec melius post κυρίων supplet ὀνομάτων] πλοῦτον ὀνομάτων ἐπιδεικνυμένη· ὑπεριδοῦσα δὲ τῶν κυρίων ὀνομάτων καὶ τῇ κοινῇ χρήσει κειμένων || 10 (76012) πολυτέλειά τις. [5] πολλὸς ὁ τελετής cod. P¹) πολλὸς ὁ τελετής || 15 (7611) Πλάτων. [9] Hic meus cod. P inserit τῆς τοιαύτης φράσεως] πλάτων τῆς τοιαύτης φράσεως || 21 (7617) Χείρων μὲν] χείρων || 282 (76110) καὶ δοκοῦσαν] δοκοῦσαν || 10 (7621-2) ὄνομ' ἔθετο αὐτῇ διθύραμβον. [5] Cod. P τὸ διθύραμβον] ὄνομα^α ἔθετο αὐτῇ (sic) τὸ διθύραμβον, ^α μ del. M¹ || 18 (76210) [8] Legitur nempe in eo codice (i. e. in Ambr.) sic: παραδείγμα (sic) δὲ τῆς ἰσχνῆς καὶ ὑψηλῆς, etc.] παραδείγματα δὲ τῆς ἰσχνῆς καὶ ὑψηλῆς || 3215 (7684) αὐτός γε] αὐτός τε || 17 (7685-6) φησιν Ἑλληνίδας πολλὰς] φησὶ πολλὰς ἑλληνίδας || 335 (7692) κάλλιστα. [3] μάλιστα Par. et P meus] μάλιστα || 9 (7697) [6] προσεκδεδωκότος Amb.] προσεκδεδωκότος || 348 (77010) κὰν ἀνεπιτηδεῖω. [2] Vulgo ἐπιτηδεῖω, quod correxi praeunte Kruegero] καὶ ἐνεπιτηδεῖω, cum ras. supra ε 2; quae lectio veri vestigium servavit || 10 (77015) ἑτέρας [4] cod. Par. et meus cod. P ἑτέροις] ἑτέροις || 3515 (77210) καὶ τὰ τέρπν' ἄνθ' ἀφροδίσια [4] e cod. Paris. et meo P: καὶ τὰ τερπίθεα (sic) ἀφροδίσια exhibentibus: . . Amb. hab. τερπίθεα (sic)] καὶ τὰ τερπίθεα (sic) ἀφροδῆσια || 3710 (7751) τύπον. [5] Mox pro τύπον quidam codd. τοῦτον habent] τοῦτον || 15 (7756) ὄφελος. τίς; ἦ. [8] In Cod. Ambr. ad vocabulum τι (sic habet pro τίς) in praegressis adscriptum vidi in margine λείπει] λείπει adscripsit m. rec. in mg. non ad vocabulum τι, sed iuxta ultimum fol. 48^r versum περὶ τοὺς (ους in ras.) λόγους ὄφελός τι/// (σ eras.) ἡ καθαρὰ τοῖς ὀνόμασι || 386 (7766) τὰ γ' (del. Herw.) ἡθῆ] τὰ τε ἡθῆ || 13 (77614) Τῆς δὲ φράσεως [5] codex P, qui δὲ omittit post τῆς]

¹) Videtur Herwerdenus in sequentibus nonnunquam aut notas Ambr. et P confudisse aut notam Ambr. addere oblitus esse.

τῆς φράσεως || 42¹⁸ (782¹¹) Ἀρχαϊκὰς [6] Nam neque quorundam librorum scriptura (inter quos libros est P meus) Ἀρχαϊκὰς extra dubitationem est posita etc.] ἀρχαϊκὰς, et 45¹⁷ (786¹²) ἀρχαϊκῶν || 44¹⁹ (785¹⁰) ὁ] ὡς ὁ.

III. Tertio loco eas lectiones adscribam, quibus Dionysii verba aut certissime emendentur aut ita mutantur, ut vitii sedes detegatur.

p. 420 (725¹²⁻¹³) περὶ τῆς ἀποστολῆς τοῦ ξενικοῦ στρατεύματος περὶ τῆς ἀποστολῆς τοῦ ξενικοῦ στρατεύματος

11¹¹ (736³) περὶ δὲ πέντε λόγους δημοσίους. [1] Notabili modo in Amb. haec corrupta sunt: περὶ δὲ λόγους δηλώσει οἷς εἰς. Legitur tamen sana lectio in margine. περὶ δὲ λόγους δηλώσει οὗς textus, in mg. M¹ rubro πέντε δὲ λόγους δημοσίους. Cf. Sauppium in „Goett. gel. Anzeig.“ 1863 p. 125.

16 (736⁷) τοὺς ἄλλους αὐτοῦ λόγους μάλιστ' εὐδοκμοῦντας τοὺς ἄλλους αὐτοῦ λόγους τοὺς μάλιστα εὐδοκμοῦντας

14¹⁹ (741⁹) Δημοσθένους παρακαλέσαντος αὐτοὺς δημοσθένους παρακαλέσαντος αὐτόν, sc. τὸν δῆμον.

15¹⁶ (742¹⁷) ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου [6] λόγῳ. [6] Adididi articulum ante στεφάνου. ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου λόγῳ. Alia exempla, si quidem in re certissima iis opus est, habes p. 119³, 949¹, 1096³. Cf. v. c. cap. XII: πλὴν ἐνὸς τοῦ περὶ τοῦ στεφάνου κτέ.

16¹ (743⁷⁻⁸) τὰ τότε συμβάντα διεξεληθὼν, διεξεληθὼν δὲ καὶ τοὺς ῥηθέντας ὑφ' ἐαυτοῦ λόγους τὰ τότε συμβάντα διεξεληθὼν, διεξεληθὼν¹⁾ δὲ τοὺς ῥηθέντας κτλ.

19²² (749⁵) πολλῶ νεωτέρας. [5] Vulgo πολλῶν absurde. πολλῶ νεωτέρας

21¹⁵ (752⁴⁻⁶) ἀσεβεῖν ὁμο- ἀσεβεῖν ὁμολογῶ· καὶ εἶγε

¹⁾ διεξεληθὼν M.

λογῷ καὶ εἶγε βουληθεὶς ἐγκώ-
μιον αὐτοῦ γράφειν ψόγους
[14] τινὰς ἐγκαταπλέκω τοῖς
ἐπαίνοις. [14] Ita ex ingenio re-
scripsi pro λόγους, omisso νό-
μους post ἐπαίνοις cum Amb.
Ψόγους rescribendum esse iam
non latuit Reiskium, cui obse-
cutus praeterea dedi ἐγκατα-
πλέκω pro συγκαταπλέκω.

23¹⁰ (755¹) κράτιστον

13 (755⁴⁻⁵) καταλιπὼν [ἐν
del. Reisk.] τοῖς ἀναγνωσο-
μένοις τὴν διάγνωσιν ὁπότε-
ρὸς ἐστι κρείττων

25¹⁷ (758⁵) μίγμα [9] ἐκα-
τέρων τῶν χαρακτήρων. [9]
Volgo male δαῖγμα. Quod re-
stitui cum Kruegero, habet
cod. Paris., et ita legitur in
libello περὶ τῆς δεινότητος
Δημοσθένους.

26¹² (759¹¹) καὶ γὰρ ἀηδε-
στέρα τῆς ἐτέρας. [5] Om.
meus γάρ, et mox τῆς ἐτέ-
ρας; quod, ut verisimile est,
propter τὸ ὁμοιοτέλετον ex-
cidit.

28³ (761¹²) ἢ γὰρ οὐδὲν τόθ'
(add. Herw.) ἀμαρτάνει κα-
θάπαξ [2] ἢ βραχύ τι κομιδῇ
[3]. [2] Om. cod. P. [3] In-
verso ordine κομιδῇ βραχύ τι
idem cod. P.

Verba ἢ — βραχύ τι ut in textum recipienda esse cen-

βουληθεὶς ἐγκώμιον αὐτοῦ
γράφειν | λόγους τινὰς συγκα-
ταπλέκω τοῖς ἐπαίνοις· ἀδι-
κεῖν φημι | καὶ παρεκ-
βαίνειν τοὺς καθεστῶ-
τας ἡμῖν ἐπὶ τοῖς ἐπαί-
νοις | νόμους. Verba ἀδι-
κεῖν — νόμους neglexit Herw.
Cf. Saupp. in „Goett. gel. An-
zeig.“ 1863 p. 123.

κράτιστον. Ceterum ni fallor
plura hic intercederunt.

καταλιπὼν . . .

. . . πότερός

ἐστι κρείττων

δαῖγμα ἐκατέρου τῶν χαρα-
κτήρων. Codicis lectio sanis-
sima est; cf. quae paullo infra
dicam ad p. 28³ Herw.

καὶ γὰρ ἀηδεστέρα. Cf. quae
infra Cap. IV dicam ad p. 541
17^{ss}.

ἢ γὰρ οὐδὲν ἀμαρτάνει ἢ κο-
μιδῇ βραχύ τι. Καθάπαξ ἢ
βραχύ τι κομιδῇ legitur de
Dem. p. 968^{1s}.

seam, qualia in Ambrosiano leguntur, haec facit causa, quod Dionysius, etsi dixit: *Θήσω δ' αὐταῖς λέξεσιν ὡς ἐκεῖ* (de Dem. p. 964^{12ss}) *γέγραφα* (p. 25¹³ Herwerd.), minime verbo tenus singula transcripsit, sed eandem sententiam isdem verbis transpositis aut aliis paucioribus nonnumquam expressit; cf. e. g.

p. 760¹⁶ τῆς ἐγκατασκευῆς
καὶ ἐξηλλαγμένης λέξεως

761³ περὶ ἀνδρὸς

760¹⁵ μηδεὶς δέ με ταῦτα
ἡγείσθω λέγειν

761¹⁵ ταῦτα γὰρ οἱ τε κατ'
αὐτὸν γενόμενοι πάντες ἐπι-
τιμῶσιν· ὧν τὰ ὀνόματα οὐ-
δὲν δεῖ με λέγειν κτλ.

p. 967⁵ τῆς ἐξηλλαγμένης
καὶ ἐγκατασκευῆς λέξεως

967⁸ ὑπὲρ ἀνδρὸς

967⁴ μηδεὶς δέ με τὰ τοι-
αῦτα ὑπολάβῃ λέγειν

968⁴ ταῦτα μέντοι καὶ οἱ
κατ' αὐτὸν ἐκείνων γενόμενοι
ὡς ἀμαρτάνονται τῷ ἀνδρὶ ἐπι-
τιμῶσιν· ὧν τὰ ὀνόματα οὐ-
θὲν δεόμαι λέγειν κτλ.¹⁾

Accedit, quod adverbium κομιδῇ voci ad quam pertinet et postponitur et praeponitur, ita ut mutata collocatio κομιδῇ βραχύ τι nullam omnino offensionem praebeat; cf. p. 766⁵ οὐδέποτε ἢ σπανίως γε κομιδῇ. 850³ κομιδῇ τινες ἦσαν ὀλλοι. 1113¹⁰ εἴ τις εἴη κομιδῇ σκαιός.

Eadem ratione ductus proximos tres locos ex Ambrosiano edendos censeo.

p. 28⁹ (761¹⁷) Τοῦτο γὰρ
δὴ τὸ λαμπρότατον. [6] . . om.
cod. P . . . δὴ

ὡς ἔοικε. [6] ὡς ἔοικεν om.
cod. P.

19-20 (762¹¹) ἐν ᾧ τοὺς ἐρω-
τικούς διατίθεται. λόγους δ'
Σωκράτης. [9] διατέθεται,
omissis vocabulis ὁ Σωκράτης,
cod. Amb. et: διατέθεται ὁ
Σωκράτης λόγους cod. P.

τοῦτο γὰρ τὸ λαμπρότατον

ὡς ἔοικεν om. M, cum ABC
Grosii; C add. in mg.

ἐν ᾧ τοὺς ἐρωτικούς ὁ σωκρά-
της διατέθεται λόγους

¹⁾ cf. Cap. III part. post. I, A, ubi alia exempla congeSSI.

34₁ (770₄) οὕτω [1]. adn. οὕτω
[1]: Sic Reiskius quoque pro
vulgato οὕτε.

35₁₁ (772₅) πλείον πλέον
16 (772₁₁) ἐν ιστορίαις γρα- ἐν ιστορίας γραφῇ; cf. A. R
φῆς. [5] Fortasse legendum II 30 p. 151₆ Kiessl.: ὧν ἄν
ἐν ιστορίας γραφῇ, vel cum τις καὶ λόγους ποιήσαιτο ἐν
Kruegero ἐν ιστορικαῖς γρα- ιστορίας γραφῇ. Simil. XII 8
φαῖς. Minus placet, quod p. 182₁₉.
Reiskius coniecit ἐν ιστορίαις
καὶ γραφαῖς. In re incertiore
nihil novavi.

41₈ (780₆) παραλαμβάνειν. παραλαμβάνειν
[4] a Sylburgio gratus accepi
παραλαμβάνειν pro περιλαμ-
βάνειν.

42₁₀ (782₂) ψοφοδεῶς αὐ- ἀλλὰ ψοφοδεῖς καὶ τοὺς δη-
τοὺς δημηγοροῦντας καὶ ἐλ- μηγοροῦντας καταλείπειν τὰς
λείποντας δυνάμεις κατὰ τὰς δυνάμεις καὶ τὰς προαιρέσεις
προαιρέσεις ὁμοίως ἅπαντας ὁμοίους ἅπαντας ποιεῖ. Ante
ποιεῖ Herw. e coniectura. τὰς δυνάμεις videtur lacuna
statuenda esse.

43₁₆ (783₁₃) καὶ γὰρ καὶ καὶ γὰρ ἐθνῶν εἴρηκεν οἰκισ-
ἐθνῶν εἴρηκεν οἰκισμούς μούς

44₁ (784₈) πολλοὺς δὲ νό- πολλοὺς δὲ νόμους ἀκοῦσαι
μους ἀκριβῶσαι καὶ [1] πολι- πολιτῶν τε (l. πολιτειῶν τε)
τειῶν σχήματα. [1] νόμους σχήματα
ἀκοῦσαι πολ. codd., quam
lectionem, quia neque ἀκοῦ-
σαι ferri neque καὶ abesse
potest, de coniectura mea mu-
tavi.

His praemissis quodnam in hoc libello consilium secu-
tus sim, paucis explicandum. Quattuor erunt capita, quorum
primo de Florentino et Ambrosiano ita agam, ut pauca de
ratione inter hos duos codices intercedente praefatus codices

describam, lectiones deinde eas, quae ad ipsius Dionysii¹⁾ verba pertinent, disponam atque aestimem. Secundo exponam, qualia legantur in Florentino et Ambrosiano priorum auctorum, quae apud solum fere Dionysium exstant, fragmenta, Pindari dico Thrasymachi Lysiae Isaei Dinarchi Theophrasti Philochori Demetrii Magnetis. Tertio capite, cum quaestio restet, quales ceteri auctores quos integros tenemus apud Dionysium legantur, speciminis causa de Dionysii exemplari agam Thucydidio²⁾. Quarto denique proprio Marte locis nonnullis medelam afferre temptabo; in quod caput eos quoque locos delegavi, quibus codicum lectiones quamquam et ipsae depravatae sanandi ansam praebere mihi visae sunt. Ceterum non ingratum plerisque facturum me credidi, si eas quoque Florentini et Ambrosiani lectiones, quas Herwerdenus in editione Lysiae orationum selectarum primus pervolgavit, denuo exscriberem; ille enim libellus, ni fallor, et in pauciorum manibus versatur et habet, quae emendatione indigeant.

Initium facturum quaestionum non possum non ex animo gratiam referre viris doctissimis praeceptoribusque meis dilectissimis Rudolfo Schoellio et Guilelmo Studemundio, qui singulari cum benignitate et re et opera et prudentibus consiliis me adiuverunt rogantique nunquam defuerunt. Commilitones alterum Florentinum Hectorem Pais alterum Argentoratensem Hermannum Crohn, cum paucis locis de lectionibus dubitarem, summa cum comitate codices Italicos meum in usum denuo inspexisse grato animo profiteor.

¹⁾ In eadem parte etiam metaphrases locorum laudatorum sedem habere volui || ²⁾ De Dionysii exemplari Isocrateo quaestio, quam et ipse incohavi, a C. Fuhrio (Mus. Rhen. XXXIII 326ss) nuper occupata est; cuius ex disceptatione denuo intellexi codicem Ambrosianum rarissime e ceteris eiusdem familiae libris corrigi. De Dionysii exemplari Demosthenico quaestionem differre temporum angustiis cogor.

Caput I.

§ 1.

De ratione, quae inter Florentinum et Ambrosianum intercedit.

Dionysii de oratoribus antiquis pars prior, de Dinarcho libellus, epistula ad Cn. Pompeium, de Thucydide iudicium, de admiranda ut volgo ferunt vi dicendi in Demosthene liber, epistula ad Ammaeum prior duabus librorum familiis memoriae tradita sunt, quarum alterius antesignanus Florentinus de oratoribus antiquis partem priorem, mutilato tamen prooemio, et Dinarchum exhibet, alterius princeps Ambrosianus excepto Dinarcho quae nominavi omnia; qui praeterea in iudicium vocandi sunt Palatinus Vaticanae n. 58 (P) et Parisini A n. 1657 B n. 1742 ex eodem cum Ambrosiano archetypo fluxerunt, ita tamen, ut operum ordo in PA immutaretur, et in altero Parisino iudicium de Thucydide periret, cuius iacturae non minus quam permutationis illius causas rectissime Usenerus explicavit in annal. philol. 1873 p. 150, ad quem lectores delegasse satis habeo. Eidem, quod Florentinum falso olim codicum MPAB archetypum a se habitum esse statuit (l. l. p. 154), prorsus adsentior. In ceteris vero, quae de duarum familiarum necessitudine dixit, paullo longius progredi posse mihi videor; in quo si propter fidem aetatemque neglectis ceteris eiusdem familiae codicibus solus Ambrosianus Florentino opponitur, et simplicior quaestio fit et utilior.

Iudicium de ratione, quae inter Florentinum et Ambrosianum intercedat, ex Ambrosiani nonnullis lacunis spatio vacuo relicto significatis pendet. Florentinus etsi eis locis continuum textum praebet, duobus certe ipsis adnotationum reliquiis archetypi lacunam indicat. Habes enim p. 570^{ss} = Isocr. de pace § 12 haec

in Florentino:

in Ambrosiano:

θανμάζω δὲ τὰ τῶν πρεσβυ-
τέρων εἰς μηκέτι μνημονεύουσι,

θανμάζω δὲ τὰ τῶν πρεσβυ-
τέρων εἰς μηκέτι μνημονεύουσι

τὰ τῶν νεωτέρων¹⁾ εἰ μὴδ' τὰ τῶν νεωτέρων εἰ μηδενὸς
 ἐνὸς ἀσύναπται δια μέν lac. 10—12 litt. | 7—9 litt.
 γὰρ τοὺς παραινοῦντας τῆς διὰ μὲν γὰρ τοὺς παραινοῦν-
 εἰρήνης οὐθὲν πῶποτε οὐδ' τας lac. 13—15 litt. οὐθὲν
 ἐλλειπῇ ἐπάθομεν. πῶποτε lac. 13—15 litt. ἐπά-
 θομεν.

Luculentus profecto locus est et qui plura certissime docere nos possit.

1. Ambrosiani exemplaris idem fuit archetypus atque eius, ex quo nescio quis librum de compositione verborum, de antiquis oratoribus partem priorem, libellum de Dinarcho transcripsit et cum ceteris operibus, quae nunc Florentino continentur (cf. pag. 32), coniunxit; ex eo libro per nonnullos gradus ni fallor Florentinus fluxit. Florentinum autem dico primam codicis manum; nam de manu secunda aliter iudicandum est; cf. quae infra dicam. Lacunarum nempe communitas communem originem arguit. Nimirum latet in verbo ἀσύναπται lectoris alicuius nota ἀσύναπτα, quam cur apposuerit, Ambrosiani lacuna monstrat. Perierunt enim Isocratis verba ἀκηκόασιν ὅτι, quibus quod in Ambrosiano iusto (12 litt.) maius spatium (17—21 litt.) destinatum est, nihil hoc ad rem facit. Erat autem in eo quoque codice, unde Florentinus derivatus est, spatium vacuum relictum; nam verbum ἀσύναπτα aut in ipso hoc spatio lector aliquis scripserat aut, quod verisimilius est, cum in margine apposuisset, librarius deinde, qui novum exemplum ex eo transcripsit, hoc verbo lacunam recte expleri ratus in textum recepit. Neque enim casu factum est, ut vox ἀσύναπται Ambrosiani lacunae responderet. Idem docent verba οὐδ' ἐλλειπῇ, ἐ quibus facile quivis notam λείπει eliciet; Ambrosiani autem spatium vacuum — periit vox καὶ — cur haec nota addita sit, diserte indicat. Ac ne quis ea de re dubitet, interpolata particula (διὰ μὲν) γὰρ certissimo documento est hiatus illos in archetypo fuisse; alioqui enim addi non potuit.

¹⁾ verba εἰ — νεωτέρων add. F² in mg.

2. Archetypi vitia in Ambrosiani exemplari iniuria temporum novis vitiis cumulata sunt, quibus Florentinus, utpote qui ducentos fere et quinquaginta annos ab Ambrosiano distet, deformatus non est. Probant hoc verba τῆς εἰρήνης in Florentino servata, quamquam in eo et ipso verbum ἀντέχεσθαι lacuna non significata periit. Ambrosianus, etsi non solum verbo ἀντέχεσθαι sed etiam τῆς εἰρήνης caret, in eo tamen maiorem fidem praestat, quod tribus illis locis spatium vacuum relictum est; unde hoc quoque non improbabilius colligas apographum archetypi illud, ex quo Ambrosianus fluxit (a), diligentius transcriptum esse quam illud, quod Florentinus refert (f). Quam coniecturam ex uno hoc loco ductam codicum lectionum examen minime fallit; nam ut hoc statim praecipiam, codicis Ambrosiani etsi saeculo XV demum exarati plura sunt propria bona quam Florentini saec. XII.

Ceteri qui huc pertinent loci quamquam non pariter quaestioni lucem affundunt, habent tamen et ipsi, quo codicum necessitudinem illustrent.

P. 608^{ss} exhibet

Florentinus ita:

καὶ εἰ μὲν εὖ τε τῷ λόγῳ πιστεύειν· εἰ δὲ μὴ, νῦν παρὰ-
σχέσθαι μάρτυρας, εἴ τι ψευ-
δος ἦν ὧν ἐλογισάμην αὐτῆς.

Ambrosianus ita:

καὶ εἰ μενεῦτε (ras. supra ε 1)
lac. 9—10 litt. τῷ λόγῳ πι-
στεύειν· εἰ δὲ μὴ, νῦν παρὰ-
σχέσθαι μάρτυρας· εἴ τι ψευ-
δος ἦν ὧν ἐλογισάμην αὐτῆς.

Ambrosianus lacunam in Florentino perperam oblitteratam accurate servavit.

P. 579^{ss} = Isocr. trapez. § 4 habes

in Florentino:

ἐπεθύμησεν ἀποδημῆσαι. ἐπι-
δημήσας δὲ ὁ πατήρ μου δύο
ναῦς ποῦ (l. σίτου) καὶ χρή-
ματα δούς ἐξέπεμψεν ἅμα
κατεμπορίαν καὶ θεωρίαν.

in Ambrosiano:

ἐπεθύμησεν ἀποδημῆσαι | lac.
16—18 litt. ὁ πῆρ μου δύο
ναῦς που (l. σίτου) καὶ χρή-
ματα δούς ἐξέπεμψεν ἅμα
κατ' ἐμπορίαν καὶ θεωρίαν.

Vide, quaeso, quam temere vox ἐπιδημήσας in Florentino interpolata sit; est enim Isocratis genuinum γεμίσας. Inde Florentini lectionis fides auctoritasque etiam p. 547^{ss} corrui, ubi

ita in Florentino est :

τῶν μὲν ἄλλων, ἐφ' οἷς ἐὰν ἀν-
θρωπίναις (alterum α in ras.
F¹) τοῦ δὲ πλούτου καὶ ἀρχῆς
καὶ δυναστείας πολλάκις τοὺς
ἐχθροὺς συμβάλει (αι in ras.
F¹) γίνεσθαι κυρίους,
τῆς δὲ ἀρετῆς καὶ τῆς παρὰ τοῖς πλήθεσιν εὐνοίας τοὺς οἰ-
κελοὺς ἐκάστου κληρονομεῖν.

in Ambrosiano ita :

τῶν μὲν ἄλλων ἐφ' οἷς lac. 19
litterarum τοῦ δὲ πλούτου καὶ
ἀρχῆς καὶ δυναστείας πολλά-
κις τοὺς ἐχθροὺς συμβάλει
γίνεσθαι (inter ει et γι litt. ν
eras.) κυρίους,

Ambrosiano archetypum exprimi probat particula δὲ, quae propter sententiam ferri nequit, pro τε interpolata, quod vol-
gata e nescio cuius coniectura praebebat; nam particula δὲ
quin post lacunam demum ortam addita sit, dubium non est.
Florentinus cum et ipse δὲ pro τε habeat, vel eo verba ἐὰν
ἀνθρωπίναις non temere solum, sed etiam insano modo in-
trusa esse probat. Recte autem H. Wolfius lacunam exple-
vit, cum scriberet τῶν μὲν ἄλλων, ἐφ' οἷς (χαίρουσιν οἱ
πολλοί,) τοῦ τε πλούτου καὶ ἀρχῆς καὶ δυναστείας, suadente
hoc ipsum et summopere commendante Ambrosiani lacuna 19
litterarum.

Alii praeterea loci id, quod alterum posui, probant con-
traxisse Ambrosiani exemplar novas labes praeter veteres ar-
chetypi.

P. 570^{14ss} = Isocr. de pace § 12 legitur

in Florentino :

ἀλλ' ἐτοίμως ἔχομεν, μη-
δεὶς τὸ πρόσθεν ἡμῖν αὐτοῖς
πράττοντες τριήρεις πλη-
ροῦν.

in Ambrosiano :

ἀλλ' ἐτοίμως ἔχομεν μὴ δ'
εἰς τὸ πρόσθεν ἡμῖν αὐτοῖς
lac. 13—15 litt. τριήρεις πλη-
ροῦν.

P. 574^{11ss} = Isocr. de pace § 43 habes

in Florentino :

οἱ τοσοῦτον ἀπολελείμεθα
καὶ τοῖς ἔργοις καὶ ταῖς δια-
νοαῖς τῶν κατεκείνον τὸν
χρόνον γινομένων ὅσον οἱ μὲν

in Ambrosiano :

οἱ τοσοῦτον ἀπολελείμεθα
καὶ τοῖς ἔργοις καὶ ταῖς δια-
νοαῖς τῶν κατ' ἐκείνον¹⁾ τὸν
χρόνον γενομένων ὅσον οἱ μὲν

¹⁾ ἐκείνον τῶν, del. τῶν M¹.

ὑπὲρ ταύτης φροντίζομεν· ὑπὲρ τῆς lac. 8—10 litt. | 6—8
ἐάν¹⁾ γὰρ ἀκούσαντες γνώση- litt. φροντίζομεν lacuna 26—
σθε²⁾ καὶ περὶ τῶν ἄλλων· 28 litt. | 40—44 litterarum | καὶ
ὥστε θανάτου τῆς ζημίας τοὺς τοῦτο, φανερώτατα ποι-
ἐπικειμένης ἐάν τις ἄλῳ δὲ οὔντας στρατηγούς χειροτο-
καὶ ζῶν³⁾ τοὺς τοῦτο φανερώ- νοῦμεν.
τατα ποιοῦντας στρατηγούς
χειροτονοῦμεν.

Iam in archetypo interciderunt post ὑπὲρ τῆς vers. 5 Ambr.
ea, quae Dionysius alio loco ex exemplari suo Isocrateo dedit
p. 1002¹⁶ = § 433 ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας —
p. 1005¹⁶ = § 503 τῆς δυσγενείας (πλείστους δὲ πι-
θέμενοι νόμους οὔτως ὀλίγον αὐτῶν). Nimirum cum
folium aliquod versum ultima habuisset verba haec ὅσον οἱ μὲν
ὑπὲρ τῆς, proximum folium totum nescio quo casu periit; fo-
lium, quod sequebatur, incipiebat a verbo φροντίζομεν vers. 6.
Spatio, quod in Ambrosiano ante vocem φροντίζομεν vacuum
relictum est, scriba, ni fallor, qui plura intercidissee sensis-
set, lacunam significari voluit. Post verbum φροντίζομεν
archetypi litterae evanidae fuisse videntur, quo factum est,
ut, cum is qui apographum *f* confecit litteras adhuc cogno-
visset, is qui alterum apographum *a* scripsit litteras distin-
guere iam non posset; quare in codice spatium eis vacuum
destinavit. Ceterum in Florentino ut aliquo modo oratio pro-
cederet, ἐν temere mutatum est in ἐάν, γνώσεσθε in γνώση-
σθε. Sed ne Ambrosianus quidem interpolatione caret — est
enim hoc librorum κοινόν τι πάθος — cum particula καὶ vers. 7
ante τοὺς intrusa sit.

P. 583^{4ss} laudantur Isocratis verba ex Trapezitico § 12^{1ss}
in Florentino ita: in Ambrosiano ita:

ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ προσελθὼν ἐπε-	ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ προσελθὼν ἐπε-
ζήτουν αὐτὸν, ἡγούμενος ἐλε-	ζήτουν αὐτὸν, ἡγούμενος la-
γεν αὐτοῦ τὸ σαφέστερον	cuna 16—19 litt. ⁴⁾ σαφέστε-
γεγενῆσθαι περὶ ὧν ἐνεκά-	ρον γενήσεσθαι περὶ ὧν ἐνε-

1) ἐν Isocr. codd. || 2) γνώσεσθε iid. || 3) δεκάζων iid. || 4) Praeter
rasuram 11 litterarum spatium vacuum est 5—8 litterarum.

λουν, λέγει λόγον δεινότατον κάλουν, λέγει λόγον δεινότατον κτλ.

Isocratis verba ἔλεγχον ἂν τοῦτον cum in ipso archetypo obscurata essent, in altera familia prorsus omissa sunt; quod num in ipso apographo *a* an in alio eiusdem generis exemplari factum sit, non attinet quaerere; in altera vestigia servata sunt, quae vides, *ελεγεν αὐτοῦ τό*. Praeterea notes *σαφέστερον* errore pervolgato e *σαφέστατον* corruptum esse. Verbum Florentinus recte servavit *γεγενῆσθαι*; Ambrosiani lectio *γενήσεσθαι* librarii culpa ex illa orta est.

P. 466^{6ss} leguntur

haec in Florentino:

in Ambrosiano haec:

ἐπιζητήσῃ τε οὐθὲν εἰκός, ἐπιζητήσῃ τε οὐθὲν εἰκός·
τοὺς μὲν ἄνδρας αἰτοῦσα εἰ τοὺς μὲν ἄνδρας αἰτοῦσα³⁾
ταθείη¹⁾ τοὺς δὲ διανοηθῆναι lac. 13—15 litt. τοὺς δὲ δια-
τοὺς δὲ²⁾ εἰπεῖν. νοηθῆναι τοὺς δὲ εἰπεῖν.

Idem habes atque proximo loco. Verba Florentini corrupta et Ambrosiani lacuna archetypi corruptelam indicant simulque communem utriusque codicis fontem.

His quos apposui locis ea quae supra contendī satis probata esse puto. Quin etiam in minutis codices aut consentiunt aut ita dissentiunt, ut ipsa dissensio necessitudinis documentum sit. Ut alios accentuum spirituumve contra volgatam consensus hic omittam⁴⁾, habes p. 626¹² οὐθενός M, οὐθ' ἐνός acut. corr. e gravi F¹: οὐθενός volgo || 462^s δια χειρός F διαχειρός M || 474¹ ἐπι κινήσεως F ἐπικινήσεως M || 540¹⁵ δια παντός F διαπαντός M || 603¹ ἐν αμφισβητήσῃ F ἐναμφισβητήσῃ, supra α ras. M || 608^s ἐξ επερωτήσεως F ἐξεπερωτήσεως M ||

¹⁾ ταθείη, ras. supra α || ²⁾ τοὺς δὲ corr. F² ex τούδε || ³⁾ αἰτοῦσα, fuit ι || ⁴⁾ Cf. praeterea p. 460⁹ ἔχοι τίς FM || 477¹³ ὡς εἰσιν || 455³ ὥσπερ ἐστιν || 490¹¹ ἄλλο τι F, ἄλλό τις M || 538¹ ὀλίγον τί || 546¹¹ μᾶλλον εἰσι || 15 καί (και F) φησί || 550¹ ἡγεῖσθαι φησί || 551¹⁸ τὸν δε: τόνδε volg. || 554² ἐπικουρία τίς || 560⁷ φιλόσοφος φησὶν || 576¹⁶ περιφέρεισθαι φησὶν || 584¹⁷ ἔχει τί || 591¹⁶ ἀρχαίων τίς || 594⁴ Λυσία τίς || 596^s ἰδιώτης τίς || 605² γενέσθαι (γενεσθαί F) τε || 607¹ ἀπλούστερος τίς || 614⁹ ἀποτομαῖς τισί. — p. 453¹³ πανηγυρικούς, ἐρωτικούς || 454¹ ὑπερβολήν || 8 κανὼν || 482¹³ θανμαστή || 15 ἰσχυρούς || 486⁷ καιρούς || 535³ ἐναργές || 540³ ψυχρός || 544⁸ φησὶν || 555¹⁵ καταφανής || 589¹⁶ ἀφελής.

614₅ *προ δίκης* F *προδίκης* M || 615₄ *περι πασῶν* F *περιπασῶν* M || 586₁ *δια τοῦτο* F *δια τοῦτο* M || — p. 556₄ *ἐώρων* F¹ *ἐώρων* M *ἐώρων* F² || 10 *ηγούμην* F *ηγούμην* M (alibi recte *ἐώρων*, *ηγούμην*) || 611₁₇ *προσαγνόθεον* F *πρὸς ἀγνόθεον* M || 463₁₃ *οὕτως* F¹ pr., corr. *οὕτως*; *οὕτος* M || 537₂ *περίποιησάμενος*, gravem del. F¹: *περίποιησάμενος* M || 593₁ *Εὐμαθούς*, (sine spiritu) F, M: *Εὐμαθούς* volgo; debet esse *Εὐμάθους*, cf. Saupp. orat. Att. II p. 236^a₃₁. Sunt sane hae minutiae, sed quae codicum necessitudine cognita non omni momento careant et sententiam nostram fulciant. Est autem eius summa haec: Florentinus, quatenus Dionysii scripta continet, et Ambrosianus per varios propagationis gradus ex eodem archetypo fluxerunt. Florentinus, qui ex apographo neglegentius scripto originem duxit, tamen cum Ambrosiano vetustior sit plus quam ducentis annis, nonnulla recte servavit. Ambrosianus ex apographo diligentius scripto pendens etsi multo quam Florentinus est recentior, tamen propria bona plura habet.

Iam videamus, quale fuerit archetypum, ad quod deferimur. Continebat illud librum de compositione verborum, de oratoribus antiquis partem priorem, Dinarchum, epistulam ad Ammaeum priorem, de Thucydide iudicium, de Demosthenis dictione librum, epistulam ad Cn. Pompeium; haec enim scripta Florentino et Ambrosiano comprehenduntur. Sed cavendum ne erremus. Iudicio de Thucydide titulus praefigitur in Ambrosiano hic: *Διονυσίου Ἀλικαρνασέως ἔτι περὶ Θουκυδίδου πλατύτερον*. Inde sequitur libellum de Thucydidis idiomatis in archetypo ante iudicium de Thucydide locum habuisse.

Fuit igitur quondam codex, quo praeter artem et veterum censuram scripta Dionysii rhetorica quae quidem hodie exstant omnia continebantur.

Quod si forte documento indiget, luculentum testimonium habes hoc: Ad p. 1060₁₄, p. 1061₄, 9 de Dem., ubi Dionysius de virtutibus disserit, quibus in unoquoque dictionis genere Demosthenes ceteros oratores superet, a rubricatore in Ambrosiani margine adscriptum est *ἐν τῷ ἀδρῶ* p. 1060₁₄,

ἐν τῷ ἰσχνῷ p. 10614, ἐν τῷ μέσῳ ibid. 9, et p. 10691 c. 38, ubi de austera harmonia Dionysius verba facit plurima ille quidem repetens ex libro de c. v. p. 14713ss c. 22, in margine exstat ὁ ἄδρός sc. *χαρακτῆρ*. Haec quin e Dionysio sumpta non sint, dubitari nequit; nam constanter ille sublimis dicendi genus appellat ὑψηλὸν *χαρακτῆρα*, nunquam ἄδρόν. Quid quod in omnibus Dionysii scriptis rhetoricis vox ἄδρός semel tantum de c. v. p. 29s occurrit? De cuius loci integritate infra videbimus. Quid igitur? Forte fortuna factum est, ut in epitomae libro Darmstadiensis p. XXI 28 Han. hoc scholion diem ferret: ὁ δὲ Πλούταρχος τὸ μὲν, τῆς συνθέσεως ἄδρόν· τὸ δὲ, ἰσχνόν· τὸ δὲ, μέσον καλεῖ, quod quin in epitomae archetypo fuerit, dubium non est; cf. Hanovium p. IIII. Hoc scholion quod ei ipsi capiti libri de c. v. 22 — huic enim epitomae locus respondet — adiectum est, ex quo Dionysius verba c. 38 de Dem. repetiit, ad quod caput et ipsum ὁ ἄδρός adscriptum esse vidimus, casui nullo modo tribui potest; immo verba priore loco laudata ἐν τῷ ἄδρῳ, ἐν τῷ ἰσχνῷ, ἐν τῷ μέσῳ eodem ordine exhibita atque in scholio illo flagitant et epitomae scholion et Ambrosiani in libro de Demosthene notas ab eodem olim rhetore profecta esse. Epitoma autem tum, cum rhetor ille florebat, nondum confecta erat. Vide, unde hoc efficiatur. De c. v. p. 29s Plutarchi ille sectator ad ὑψηλά adscripserat ἄδρά, quae vox deinde in Dionysii verba male intrusa est (vide, quae infra dicam). Iam cum eadem in epitoma p. VIII 23 legatur, sequitur librum de c. v. post illius aetatem in brevioris formam redactum esse. Plutarcheus igitur ille rhetor scholion de quo agitur in pleno integroque Dionysii codice adscripsit inque eodem, cum similia in libro de Demosthene recurrerent, locis supra laudatis easdem fere notas adiecit. Idem igitur fuit codex quo liber de c. v. et de Demosthenis dictione iudicium continebantur. Certo autem ea, quae Ambrosianus exhibet, in illo codice fuerunt. Inde sequitur, quia Florentini et Ambrosiani idem fons est, eum ipsum codicem, quem modo enucleavimus, utriusque libri archetypum fuisse. Iam vero quoniam

scholion illud ὁ δὲ Πλούταρχος κτλ. et in Florentini archetypo exstitit et in eo codice, ex quo brevior libri de c. v. forma deducta est, sequitur idem esse Florentini et epitomae archetypum. Idque notabilem in modum vel iis lectionibus confirmatur, quibus Usenerus caput XIV de c. v. in indice schol. Bonn. instruxit. Saepius enim EF soli inter se contra reliquos codices consentiunt; exempla habes haec: vers. 12 μετὰ μὲν φωνηέντων EF: μετὰ φωνηέντων μὲν E^m μετὰ μὲν τῶν φωνηέντων R^{PGs} μετὰ τῶν φων. M || καὶ EF: τε καὶ R^{PGMs} || 23 τῆς R^{PGs}: παρὰ τῆς FE ἀπὸ τῆς M || 25 τὰ μὲν P^{GMs}: καὶ τὰ μὲν R καὶ τὰ FE || 31 μὲν τὸ ᾧ EF τὸ μὲν ᾧ M: τὸ ᾧ R^{PGs} || 33 γλώττης EF: γλώσσης R^{PGMs} || 37 κροῦσις R: κρῖσις EF etc. || 46 τούτων δὴ EF τούτου δὴ R^b: δὴ τούτων P^{GMs} τούτων R^a || 51 τοὺς ῥώθωνας R^{PGMs}: τὸν ῥώθωνα EF || 53 προσαγομένης R προαγομένης EF: προσαναγομένης Ps etc. || 57 δ' EF: δὲ R^{PGMs}; item 62 || 61 ἀλόγον R^{PGMs}: ἀλάλου EF || 63 τοῦτο καὶ EF: τοῦτο P^{Gs} etc. || 65 κίβδαλον P^{GMs}: κίβδηλον EF etc. || 70 καλουμένων om. EF || 76 ἄλλα λέγεται P^{GMs} ἄλλα ἄκρα λέγεται R: λέγεται ἄλλα EF. Ad hos addas quinquaginta fere locos in uno hoc capite enotatos, quibus EF cum aliis codicibus contra hos vel illos consentiunt. Hos locos sententiae, quam de archetypi condicione et de ratione inter Florentinum et Epitomam intercedente concepimus, satis firmo munimento esse quivis facile concedet. Itaque quae Usenerus dixit p. VIII ind. schol. „cum archetypon, unde brevior forma deducta est, libros superstites vetustate longe superet, maximam oportet esse epitomae auctoritatem“ in eo corrigenda sunt, quod epitomae si originem respexeris, non maior est auctoritas quam Florentini, cum ex eodem archetypo utraque forma fluxerit.

De archetypi aetate tum demum certius aliquid statui poterit, si de tempore quo epitoma confecta sit constabit. Ex iis, quae Usenerus dixit p. VIII adn. 7, conicias Florentini Epitomaeque atque Ambrosiani archetypum saeculo quinto scriptum fuisse.

Ceterum ex iis, quae exposui, scholiis quoque Ambrosiani

(cf. infra § 3) lux affunditur; quae sicuti illa, a quibus perfecti sumus, iam in archetypo fuisse putanda sunt.

Redeo nunc ad illum locum, quem paullo supra significavi de c. v. p. 28» καὶ μοι δοκεῖ τις οὐκ ἂν ἀμαρτάνειν εἰκάσας αὐτὴν τῇ Ὀμηρικῇ Ἀθηνᾶ. ἐκείνη τε γὰρ τὸν Ὀδυσσεῖα τὸν αὐτὸν ὄντα ἄλλοτε ἄλλοιον ἐπολεῖ φαίνεσθαι, τοτὲ μὲν ῥυσὸν καὶ μικρὸν καὶ αἰσχροῦν . . . τοτὲ δὲ . . .

μεῖζονά τ' εἰσιδέειν, καὶ πάσσονα, καὶ δὲ κάρητος ὄυλας ἦκε κόμας . . .

αὕτη τε (ἡ σύνθεσις) τὰ αὐτὰ λαμβάνουσα ὀνόματα τοτὲ μὲν ἄμορφα καὶ πτωχὰ καὶ ταπεινὰ ποιεῖ φαίνεσθαι τὰ νοήματα, τοτὲ δὲ ὑψηλὰ καὶ πλούσια καὶ ἄδρά καὶ καλὰ. Iam supra monui vocem ἄδρός hoc uno loco apud Dionysium legi. Videamus cetera. Membrorum responsionem a Dionysio diligenter observari certum est (cf. quae infra Cap. IV dicam ad p. 446₁ et ad p. 446₁₇); duo cola ex ternis commatis componuntur τοτὲ μὲν ῥυσὸν καὶ μικρὸν καὶ αἰσχροῦν, τοτὲ μὲν ἄμορφα καὶ πτωχὰ καὶ ταπεινὰ; tertium ex quattuor constans suspicionem movet. Quaerendum igitur est, quodnam membrum spurium videatur. Structura singulorum commatum paullo artificiosior est:

ἄμορφα πτωχὰ ταπεινὰ ὑψηλὰ πλούσια ἄδρά καλὰ

